



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

DE PENSIONIBVS.

Cap. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Pensio Ecclesiastica beneficialis quid sit.
- 2 Pensio dicitur à pendo, quia formaliter pendas à beneficio, ex quo extrahitur.
- 3 Pensiones quomodo super beneficiis vacan- tibus per obitum reserventur.
- 4 Pensiones per resignationes beneficiorum, iurium cessiones licet reservantur.
- 5 Pensio in favorem tertia personæ, quo- modo reservetur.
- 6 Pensio super cathedralibus ecclesiis regulat- riter non reservatur, nisi cum clausula, dummodo remaneant ducati mille pro titulari.
- Pensio super fructibus parochialium ec- clesiistarum non reservatur, nisi cum clausula, dummodo rectori remaneant ducati centum ibidem.
- 7 Pensionario agenti ad pensionem incumbit onus verificandi conditionem, sub qua pensio imposita reperitur.
- 8 Excessum allegans, quando illum probare teneatur.
- 9 Condicio in Bullis reservationum pensio- num apposita à pensionario agente, est verificanda.
- 10 Idoneitas provisi de beneficio, quando sit probanda.
- 11 Condicio suspendit executionem.
- 12 Gestæ ante purificationem conditionis nō- bil valent.
- 13 Verba, quod ducati sint liberi favore et- tularis in litteris Apostolicis apposita, important, deductis oneribus, sine de- minutione.
- 14 Valor beneficiorum computatur respectu utilitatis, que habetur in apportu in absentia.
- 15 Exceptiones nullitatis, invaliditatis, aut reductionis pensionis, an possint retar- dare executionem.
- 16 Prædo sua possessione non est spoliandus,
- 17 Pensionarius agens ad pensionem qua ve- rificare teneatur.
- 18 Habilitas supervenientis post datam litte- rarum reservationis pensionis nihil con- peratur.
- 19 Minor atatus requisita in beneficio impo- trato est inhabilis, licet ante presentationem litterarum officiatur major.
- 20 Laicus est incapax juris spiritualis.
- 21 Nulla à principio plura, que ex post non consolidantur.
- 22 Pensiones, quibus personis carentibus præ- vilegio clericali possint reservari.
- 23 Collegium militum Lauretanorum à Six- to V. cum facultate transferendi pensio- nes fuit erectum.
- 24 Papa laicum, ut pensiones, & etiam be- neficia valeat obtinere, privilegiare posset.

Kk 2!

25. Pen.



- 25 Pensiones, & beneficia milites regulares possunt obtinere.
- 26 Pensionem ex causa Episcopus reservare potest.
- 27 Episcopus pensionem ex causa permutationis reservare potest.
- 28 pensionem reservare potest Episcopus ad extinguendam litem inter litigantes.
- 29 Pensionem reservare potest Episcopus in ejus collatione beneficiorum per obitum vacantium.
- 30 Distributiones quotidiane non computantur in fructibus prabendarum.
- 31 Papa mens in impositione pensionis regulariter est, quod pension non excedat tertiam partem fructuum.
- 32 Pensio auctoritate ordinaria reservata, non transit ad successorem, nisi causa extinctionis litis fuerit imposta.
- 33 Pensiones ab inferioribus collatoribus reservari non possunt cum facultate transferendi.
- 34 Pensiones ab Episcopis reservatae non habent executionem paratam, sed a sententia latet super solutione pensionis datur applicatio.
- 35 Pensio à Papa reservata post sententiam latam habet executionem paratam.
- 36 Pensio sine consensu pensionarii auctoritate ordinaria, reservari non potest.
- 37 Legati de latere usque ad medietatem fructuum pensiones possunt reservare.
- 38 Legati de latere de jure communis beneficia conferre possunt.
- 39 Pensiones à legatis reservatae, an habeant executionem paratam, appellatione remota.
- 40 pensionem in fundatione beneficij patronus reservare potest.
- 41 Patronus in fundatione beneficij de ordinarij consensu statuere potest, ut beneficio vacante fructus ad ipsum spectent.
- 42 Pensio nudo partium consensu sine superiori auctoritate imponi non potest.
- 43 Pensiones unicæ super pluribus beneficiis reservatae vacantiibus beneficiis contra plures successores pensionarius non habet executionem paratam.
- 44 Præbenda subrogata sapit naturam præbenda in cuius locum subrogatur.
- 45 Beneficium pensione gravatum transitum eodem onere ad quosunque successores.
- 46 Pensio est onus reale, & transit ad quemcumque in beneficio successorem.
- 47 Canonicus, an pro titulo, cuius causa obtinuit præbendam, teneatur ad solutionem pensionis antea reservata.
- 48 Canonicus qui consentit reservationi pensionis super sua præbenda, de jure pinguorem, & liberam optare non potest.
- 49 Iuri suo quilibet potest renunciare.
- 50 Pensio de beneficio ad beneficium, aut de persona ad personam transferri non potest.
- 51 Pensionarius ad solutionem pensionum agere potest contra heredem defuncti obligatum, vel in beneficio successorem, & § 3.
- 52 Demica pluribus annis soluta exigere potest ab emptore vel venditore prædii.
- 54 Pensio super distributionibus quotidianis nunquam presumitur reservata, nisi expresse dicatur.
- 55 Pensio super distributionibus quotidianis reservata, licet optetur, præbenda succedens intitulo pro rata distributionem quotidianarum tenetur.
- 56 Iurisdictionis defectus contra agentem ad solutionem pensionis opponi potest.
- 57 Juradi-



- 57 Iurisdictionis defectus potest etiam opponi contra tres sententias conformes, & 59.
 58 Iurisdictionis defectus opponi potest, etiam si partes ante sententiam expresse consenserint, quod iudex incompetens sententiaret, & iurassent non dicere de nullitate.
 60 Executio litterarum reservationis pensionis Ordinarii locorum, vel alii in dignitate ecclesiastica constitutis committitur.
 61 Legatii, & Nunci Apostolici in prima instantia nullam habent jurisdictionem.
 62 Delegatio in unam personam facta sine subdelegatione in alteram transferri non potest.
 63 Exceptio grandinis sterilitatis, & siccitatis contra pensionarium quandoque opponi potest.
 64 Exceptiones falsitatis, quietationis, & solutionis tantum contra obligationem cameralem opponi possunt.
 65 Iuramenta illicita Papae auctoritate possunt irritari.
 66 Exceptio compensationis habet vim solutionis.
 67 Liquidum cum illiquid non compensatur.
- 68 Pensio imposita super beneficio alia pensione onerato, nulla de ea in litteris facta mentione, est nulla.
 69 Exceptio non purificata conditionis contra litteras reservationis pensionis opponi potest.
 70 Appellatio à sententia super solutione pensionis lata, quando absque clausula fine retardatione solutionis pensionis admittatur.
 71 Valor beneficii, quomodo probari debeat.
 72 Exceptio solutionis pensionis impedit executionem.
 73 Pensio pluribus modis extinguitur.
 74 Pensio, an sine consensu Papae extinguit possit.
 75 Pensio in temporalitate consistit.
 76 Exceptio parti de ulterius non petendo, equipollit exceptioni solutionis.
 77 Excommunicationis exceptio in quaunque parte litii opponi potest.
 78 Excommunicationis exceptio etiam coronam judice seculari opponi potest.
 79 Excommunicatus, & publice declaratus à iudice, est à limine judicij repellendus
 80 Exceptio defectus clericatus impedit executionem litterarum reservationis pensionis,

QUIA in beneficiorum collatione pensiones plerunque solent reservari, ideo non immerito pensionum tractatus hic sequi debet.

Et primò, quoniam pensionis verbum pluribus convenit, de quibus per Navarr. in conf. 52. de prab. lib. 3. part. 1. num. 6: aliis omissis de pensione ecclesiastica beneficiali differam, quæ aliis diffinitionibus prætermisssis † est jus non temporale, sed spirituale, aut illi annexum, non

antecedenter, ut ius patronatus, sed dependenter, aut consequenter instar beneficii, Navarr. in manual. confess. c. 23. n. 111. & in dict. Conf. 52. eod. n. 6.

† Dicitur enim pensio, a pendo, quia formaliter pendet a beneficio, ex quo extrahitur, sicut usus fructus à proprietate, ut in cap. final. de pignor. cap. possessiones, 16. q. 1. & Gig. de pens. q. 1. n. 9. Quomodo autem, & à quibus reservetur, & executio litterarum impediatur, quæ exceptio-

Kk 3 ceptio-